

Saxonie ac Bavarie. Marchio Albertus senior. Cunradus palatinus comes de Rheno et Ludovicus landgravius et reliqui omnes super sanctorum reliquias publice ad ipsum iuraverunt. — —

Data Wirzburg kalendis iulii.

5

328.

Rundschreiben des Kaisers Friedrich I. über den Reichstag zu Würzburg (Pfingsten 1165), in welchem über die dort beschlossene Anerkennung des Papstes Paschalis III. und die dort gleichfalls beschlossene und von den Fürsten, worunter auch Landgraf Ludwig, beschworene Verwerfung des Papstes Alexander III. berichtet wird.

Bei Würzburg, 1165 Juli 2.

10 Gedr.: Monum. Germ. 4,137. Stumpf 4046.
Anm.: Vergl. No. 327.

Fridericus dei gratia Romanorum imperator et semper augustus archiepiscopis, episcopis, abbatibus, clericis, ducibus, marchionibus, comitibus et omnibus fidelibus suis salutem et omne bonum. — — — Preterea nostri imperii successor, quem principes
15 universi elegerint, hunc honorem dei ecclesie atque imperii et hanc partem nostram sub eodem iuramento tuebitur semper atque tenebit. Idem quoque iuramentum archiepiscopi omnes, episcopi atque electi, qui fuerunt numero XL, super sancta dei evangelia manu propria unusquisque sub stola sua prestiterunt et publice firmaverunt. Nichilominus universi principes seculares, dux scilicet Saxonie ac Bavarie, marchio Adelbertus senior,
20 Conradus palatinus comes Rheni et Lodoycus lantgravius ac reliqui omnes super reliquias sanctorum id ipsum iuraverunt. — —

Actum est hoc anno ab incarnatione domini nostri Iesu Christi MCLXV apud Wirzburg VI. nonas iulii.

329.

25 *Rundschreiben des Kaisers Friedrich I. an die Geistlichen der Passauer Diöcese, in welchem über den Reichstag zu Würzburg (Pfingsten 1165) und über die dort beschlossene Anerkennung des Papstes Paschalis III. und die dort gleichfalls beschlossene und von den Fürsten, worunter Landgraf (Ludwig), beschworene Verwerfung des Papstes Alexander III. berichtet wird.*

[1165 Anfang Juli.]

30 Gedr.: Monum. Germ. 4,135. Stumpf 4047.
Anm.: Wegen der Datirung vergl. No. 327 und 328.

— — Hoc idem iuramentum omnes archiepiscopi, episcopi et electi, qui interfuerunt numero XL, super sancta dei evangelia manu propria unusquisque sub stola sua fecerunt et publice firmaverunt. Et ad removendam pro parte nostra omnem ambiguitatem omnes electi, primus Coloniensis, dein ceteri sacros ordines in sabbato quatuor
35 temporum ad laudem dei et ad honorem imperii Wirzburg cum omni devotione susceperunt. Similiter universi principes seculares dux Saxonie et A[delbertus] marchio senior et palatinus comes de Rheno et landtgravius et reliqui omnes super sanctorum reliquias publice ad ipsum iuraverunt. Honorabiles quoque legati regis Anglie amici nostri ab
40 ipso ad nos transmissi in presentia totius curie nostre super sanctorum reliquias ex parte regis Anglie iuraverunt. — — —